



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1714

Speciale Privilegium Cæsarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42682

S P E C I A L E

PRIVILEGIUM CÆSARUM.

JOSEPHUS Divinâ favente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Schlawoniae &c. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundie, Styriae, Carinthiae, Carniolae, & Wirtemberge, Comes Tyrolis. Agnoscimus & notum facimus, tenore presentium, universis; quod cum nobis noster & sacri Imperii fidelis dilectus S E R V A T I U S N O E T H E N Bibliopola Colonensis humillinem exposuerit à P P. Societatis J E S U, Provinciae Rhenanae inferioris sibi factam esse potestatem typis excudendi librum in omni forma, cui titulus est, Theologia moralis antehac ex probatis auctoribus breviter concinnata à P. HERMANNO BUSENBAUM Societatis JESU, SStæ Theologiae Licentiatu, nunc pluribus partibus aucta à R. P. CLAUDIO LA CROIX ejudem Societatis in universitate Colonensi SS. Theologiæ Doctore & professore publico vereri autem, ne, quod sèpius contingit, emulorum fraude, qui editionem istam iminentur, impendii sui fructu destituatur, ac propterea supplicaverit, ut sibi contra ejusmodi fraudes privilegio nostro Cæsareo, ad decem annos prospicere dignaremur: Nos submissæ huic petitioni benigne annuerimus, ac proinde omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis & Bibliopegis aliisque quibuscumque librariam negotiationem exercentibus firmiter, serioque inhibuerimus & vetamus, ne quis dictum librum per decennium, ab hodierno die computandum, in Sacro Romano Imperio, Regnorumque & Provinciarum Nostrarum hereditiarum finibus; sub quocunque pretextu, sive in toto sive in parte, mutatisve titulis recudere, vel alio recudendum dare, alibi impressum apportare, vendere, vel distrahere clam vel palam absque ipsis SERVATI IN NOETHEN expresso & in inscriptis obteto consensu

+ 2'

pre-

* * *

presumat : si quis verò secus faciendo , privilegium & interdictum hoc Nostrum Cæsareum violare aut transgredi ausus fuerit , eum non modò ejusmodi libris , perperam quippe recusis & addictis (quos quidem Praefatus supplicans ubicunque deprehensos sive propriâ authoritate , sive Magistratus auxilio sibi vendicare poterit) de facto privandum , sed & poenâ insuper sex marcarum auri puri Fisco Nostro & fraudis viadicto & prædicto supplicant ex aequo pendendarum , omni spe venia sublata decernimus multitudinem , dñmmodo tamen hujus privilegi Nostrî Cæsarei tenorem pro publicanotitia , atque cautela in fronte expressum adhibeat , & ejusmodi quinque exemplaria ad Cancelleriam nostram Imperialem Aulicam sumptibus impetrantis transmittantur . Mandamus proinde universis & singulis nostris & Sacri Imperii , Regnorumque & Provinciarum nostrarum hereditiarum Subditis , cuiuscunque statu , gradu , ordinis , dignitatis , conditionis , aut præeminentiae existant , tam Ecclesiasticis quam Secularibus , præsertim iis , qui in Magistratu constituti , vel proprio vel Superiorum suorum nomine vel loco , Juris & Justitie Administrationem exercent , ne quenquam privilegium hoc Nostrum Cæsareum temere & impunè transgredi aut violare patiantur , quin potius contumaces , si quos compererint , præscriptâ poenâ plecti , aliisque modis idoneis coerceri carent , quatenus & ipsi eandem multam evitare voluerint . Harum testimonio literarum manu nostrâ subscriptarum , & sigilli nostri Cæsarei appressione munitorum , que dabantur in Civitate nostra Vienna decima quartâ die Martii , Anno Millesimo septingentesimo octavo , Regnorum nostrorum , Romani decimo nono , Hungarici vigejimo primo , Bohemici vero tertio .

(L. S.)

JOSEPHUS m.p.

Ut. Fredlar. Com. de Schönborn m.p.

Ad mandatum Sacre Cæsareæ Majestatis proprium.

Luzio Dolberg m.p.

AD